


Opera

AG-118

R
21380




C L
GALENI
PERGAMENI
OMNIA, QVAE EXTANT,
IN LATINVM SERMO-
NEM CONVERSA.

QVIBVS POST SVMMAM ANTEA ADHIBITAM diligentiam, multum nunc quoq; splendoris accessit, quòd loca quàmplurima ex emendatorum exemplarium collatione & illustrata fuerint & castigata.


HIS ACCEDVNT NVNC PRIMVM CON. GESNERI Præfatio & Prolegomena tripartita, De uita GALENI, eiusq; libris & interpretibus.

EX III. OFFICIN. FROBENIANAE EDITIONE.



M. D.

LXII.





AMPLISSIMIS VIRIS,
D. D. BASILIO AMERBACHIO, IV.

RECONSULTO, ACADEMIAE BASILIENSIS RE-

ctori magnifico: & reliquis eiusdem Academiae pro-
fessoribus doctissimis,

et Auctor Summatus

CONRADVS GESNERVS, MEDICVS ET PHI-
losophiae interpres in schola Tigurina S. D.



IRTUTES quaedam ad respublicas & hominum com-
mercia, amplissimi & doctissimi uiri, ferè necessariae sunt,
ut inter caeteras maximè iustitia: non minus quàm in cor-
pore animantis sanitas ad actiones rectè obeundas. Ut ue-
rò sanitati robur accedens, eam auget atq; confirmat, ita ius-
titiæ fortitudo. Et ut partium mutua proportio quaedam
decusq; coloris efflorescentis, corpus sanum apprimè or-
nant: ita iustitiæ ex alijs quibusdam uirtutibus, ut liberali-
tate & gratitudine imprimis, plurimum accedit ornamen-
ti & perfectionis. Quamobrem uerè antiquissimus ille & ἠθικώτατος poeta Theo-
gnis dixerit, iustitiam in se cōplecti omnium uirtutum summam. Ipsa enim pro fun-
damento posita, à caeteris ornatur, munitur, perficitur. Fortitudo nimirū, munit eam
confirmatque: Prudentia ornat, ac distinguit omnes occasiones & circumstantias:
Temperantia uerò, ea propemodum cuiq; in seipsum uirtus est, quæ erga alios iusti-
tia. Caeterum ipsa simpliciter iustitiæ obseruatio, necessariò requiritur: & partim
à natura inest, unde ius naturale appellant: partim inuiti etiam homines, aut certè nō
ex animo, sed defunctoriè, simulatèue eam obseruant. Liberalitas autem & gratitu-
do, ut ex abundantia quadam contingunt, nec tam ex debito, quàm amore & bene-
uolentia oriuntur, ita ab animo neq; coacto neq; simulante proficiscuntur, itaq; pul-
cherrima mihi duo hæc uirtutū genera uidentur, & summa iustitiæ ornamenta. Lau-
datissimus autem meritò uir fuerit, quisquis & liberalis in multos, & in omnes bene-
de ipso commeritos gratus extiterit. Caeterum quantò facilius est gratitudo (non e-
nim æqualis requiritur compensatio: sed uel animus solus, uel grata commemoras-
tio sæpe sufficit,) tantò turpius homini ingritudinis uitium, quàm illiberalitatis
fuerit. Iubet Hesiodus beneficia rependi αὐτῷ τῷ μέτρῳ, quod iustitiæ & gratitudinis
est: καὶ λῶϊον, αἶνε δύνῃσαι, in quo liberalitas cum gratitudine cōiuncta apparet. Si quis
tamen minus etiam, quàm accepit reddat, nō statim is ingritudinis est accusandus.
nam si facultas, aut aliæ causæ, gratias referre aliquem seu præstare non sinunt, quo-
cunque potest modo si gratum se declarauerit, hoc est & gratias habendo ex animo,
& uerbis agendo, ingratus dici non debet. Id ipsum uerò uel Basilij, excellentis & es-
legantissimi theologi, uerbis confirmare libet, quæ ita se habent. Δεινὸν μοι ἢ ἀχαρισία
καταφαίνεται, δεινὸν, καὶ πάνδεινον. παθόντα γὰρ τι καλὸν μὴ ἀμισέδου πειρᾶσθαι, εἰ δὲ μὴ
ἄλλως δυνατὸν, ἐνχαρισίας γὰρ ταῖς δὲ λόγων, ἢ ἀνοήτως παύσειν εἰ ἀναιδῆρυν τῶν εὐδρ-
γῶν, ἢ ἀγνώμων. Sed non est quod pluribus hæc apud uos v. v. c. c. comme-
morari: qui ut omni doctrinarum, ita etiam uirtutum genere excellitis, earumq; ra-
tiones probè tenetis. Huc autem mea tendit oratio, ut illustri etiam Academiae uestre
beneficia plurima iam dudum me debere: & nisi aliqua ex parte tandem aliquod gra-
titudinis specimen uobis exhibeam, uitam hanc minus uitalem mihi fore declarem.
Ita enim profectò sum animatus, ut illa etiam hominibus bene institutis necessaria (si
non absolutè, πρὸς καλοκαγαθίαν tamen) officia esse ducam, quæcunque honesta &
pulchra sunt: etsi à uulgo hominum ut minimè necessaria habentur, ita uehementer

